



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1725. usque ad annum 1728

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1784

VD18 13322648

§. 66. Joannis Baptistæ Bussii obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67667](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67667)

Sæc. XVIII. teros thesauros suos in manus pauperum in vita potissimam partem deportavit, magnamque pecuniæ vim in subfidium belli Helvetici contulit, plura etiam aureorum millia in Ecclesiarum reparaciones & cultus, necnon in Religiosos atque egenos insumpsit. Testamento etiam caverat, ut ejus Bibliotheca ad Calvachinum, pretiosa vero ejus suppellex in pauperes, & denique suæ familiæ bona in Joannem Comitem Scottum Fratrem suum transferrentur, ea tamen lege, ut eo defuncto Magnum Mediolanense Nosocomium hæres illorum esset.

§. LXVI.

Joannis Baptistæ Bussii obitus.

*Vid. supra
t. 67. l. 214.
oap. 658.*

Eodem pariter anno æternitatis viam ingressus est Joannes Baptista Bussius Viterbiæ natus Patre Joanne de Bussi, & Matre Eleonora de Marsciano, quorum uterque illustri Comitum familia ortus, & florenti in fortuna constitutus erat. Hi diligentem proliis in pietate efformandæ curam suscepere; Educatus igitur Joannes liberaliter, latinas literas, quantum puerilis ætas patiebatur, in paterna domo didicit. Adultior factus, Romamque missus, sub disciplina Ludovici Bussii præstantis-

stantissimi Præfulis diu persttit, toto-
que hoc tempore gravioribus scientiis Sæc. XVII.
intentum animum adjecit, quibus probe A. C. 1726.
imbutus, in Romana Universitate inter
Jurisprudentiæ Doctores laurea insigniri
meruit. Adolescentis probitas ac do-
ctrina ut primum innotuit, mox Vati-
canæ Basilicæ Canonicus a Papa
dictus, curæ ac regimini præficitur
illorum pauperum, qui ex morbo tum
in Urbe Leonina fædius grassante mi-
fere tabescabant. Hoc pietatis officio
non sine laude functus, ad altiora vo-
catur, & primo quidem Bruxellas Apo-
stolicus Nuntius ablegatur, ubi floren-
tissimam quidem Belgii Provinciam,
Calvini tamen & Jansenii erroribus in-
fectam adeo feliciter ab hac peste li-
beravit, ut Catholicorum numerus
difficillimis hisce temporibus non modo
non imminutus, sed plurimum quoque
auctus fuerit: Ne vero Catholici, qui
maximo numero in Fœderato Belgio
erant, Petri Coddæi Sebastei Archi-
episcopi exemplo atque auctoritate per-
verterentur, Bissi potissimum studio
factum est, ut hic Archipræful de col-
lusione cum Jansenistis postulatus, Ro-
mam evocaretur, de sua orthodoxia
rationem redditurus. Bussius interea
nullum non moverat lapidem, ut tran-
quillitatem pravorum hominum artibus
per-

Sæc. XVIII, turbatam Catholicis restitueret. His
A. C. 1726. præclare gestis excitatus Clemens XI,

postea illum Tharsensis Archiepiscopi
titulo auctum Coloniam Nuntium de-
crevit, quo in munere, quam Apo-
stolica libertate illis, qui Lutheri sacra
invehere moliebantur, restiterit, jam
supra fusius memoravimus: Insuper
omne studium impendit, ut ibidem in-
juriæ sacræ etiam juribus & Personis
irrogatæ, opportunis remediis sarcin-
rentur; hæreticos quoque Præcones
Urbem infestantes inde ejecit, & Ca-
tholicis inter Eterodoxos agentibus
Confirmationis Sacramentum jam per
plures annos intermissum administra-
vit, & ne per ejus absentiam fors in
exteris ditionibus perversæ doctrinæ
Zizania succrescerent, ipsus incredibili
vigilantia non modo Colonensem, sed
& Leodiensem ac Fulensem Diæceses
lustravit. Tandem vero post exantla-
tos tot labores & fastidia Romam re-
dire permisus, Anno 1511. Anconitana
Insula, & anno sequenti Romana Pur-
pura honoratur; ac pluribus S. Con-
gregationibus adscribitur: Paulopost
tamen ad suam Ecclesiam profectus,
Divinum cultum in sua præsertim Ca-
thedrali restauravit, perlustrata Diæ-
cesi gregem suum verbo & exemplo
pavit, pravos ad frugem reduxit, ege-
nos

His
XI.
copi
de-
po-
cra
jam
per
in-
onis
rci-
nes
Ca-
bus
per
tra-
in
næ
bili
sed
ses
cla-
re-
na
ur-
on-
post
us,
Ca-
iæ-
plo
ge-
nos
III.
nos liberaliter juvit, ac hospites be- Sæc, XVIII,
nigne exceptit. Quarto post anno gravi A.C. 1726.
apoplexia tactus, inter suorum manus
pro mortuo collapsus est, pristinæ ta-
men sanitati redditus, omnes denuo,
uti hactenus consueverat, vigilantissi-
mi Pastoris partes explevit. Interfuit
quoque Romæ sacris comitiis pro ele-
ctione Innocentii XIII. & Benedicti XIII.
Pontificum. Auctis demum corporis
infirmitatibus die vigesima tertia De-
cembris meritis plenus, Romæ obiit,
anno ætatis suæ sexagesimo nono. Ca-
daver ejus primo ad ejus Ecclesiam
Titularem S. Mariæ in Ara Cæli delatum,
postea tumulatum est in Templo S. Ma-
riæ Trans Tyberim in Sacello ejus
gentilitio.

§. LXVII.

Tres Cardinales a Benedicto XIII. creati.

Horum Cardinalium jacturam repa-
raturus Pontifex, habito secreto
Patrum Senatu die undecima Septem-
bris Cardinalem enuntiabat Andream
Herculem Fleurii Foro - Juliensem Epi-
scopum. Hujus Viri nominatio ali-
quamdiu differebatur, contentione ex-
orta inter Franciæ Regem & Impera-
torem; hic enim nullatenus Gallum,
Hist. Eccles. Tom. LXXII. Aa nisi